

CAP. VII.

INFUSA.

INFUSUM CINCHONÆ OFFICINALIS.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis in pulverem triti
unciam unam,
Aquæ libram unam.

MACERA per horas viginti quatuor, et cola.

INFUSUM DIGITALIS PURPUREÆ.

℞. Foliorum Digitalis purpureæ siccatorum
drachmam unam,
Aquæ bullientis uncias octo,
Spiritus Lauri Cinnamomi unciam unam.

MACERA per horas quatuor, et cola.

INFUSUM GENTIANÆ COMPOSITUM: vulgo,
INFUSUM AMARUM.

℞. Radicis Gentianæ luteæ concisæ unciam dimi-
diam,
Corticis siccati fructûs Citri Aurantii contusi
drachmam unam,
Seminum Coriandri sativi contusorum drach-
mam dimidiam,
Alcoholis diluti uncias quatuor,
Aquæ libram unam.

AFFUNDE primum Alcohol, et, post tres horas,
Aquam; tum macera sine calore per horas duo-
decim, et cola.

INFUSUM MIMOSÆ CATÉCHU: vulgo, INFUSUM
JAPONICUM.

℞. Extracti ligni Mimosæ Catechu in pulverem
triti drachmas duas cum semisse,
Corticis Lauri Cinnamomi contusi drachmam
dimidiam,
Aquæ bullientis uncias septem,
Syrupi simplicis unciam unam.

MACERA Extractum et Corticem cum Aqua, in vase clauso, per horas duas; dein cola, et adde Syrupum.

INFUSUM RHEI PALMATI.

℞. Radicis Rhei palmati contusæ unciam dimidiam,
Aquæ bullientis uncias octo,
Spiritus Lauri Cinnamomi unciam unam.

MACERA Radicem cum Aqua in vase clauso per horas duodecim; dein, addito Spiritu, cola.

INFUSUM ROSÆ GALLICÆ.

℞. Petalorum Rosæ Gallicæ siccatorum uncias duas,
Aquæ bullientis libras quinque,
Acidi Sulphurici drachmam unam,
Sacchari purissimi uncias duas.

MACERA Petala cum Aqua bulliente in vase fictili quod plumbo non sit vitreatum, per horas quatuor; dein, affuso Acido, liquorem cola, et adjice Saccharum.

INFUSUM TAMARINDI CUM SENNA.

℞. Fructus Tamarindi Indicæ conditi unciam
unam,
Foliorum Cassiæ Sennæ drachmam unam,
Seminum Coriandri sativi contusorum drach-
mam dimidiam,
Sacchari non purificati unciam dimidiam,
Aquæ bullientis uncias octo.

In yase fictili, quod plumbo non sit vitreatum,
clauso macera, subinde agitans, et post horas qua-
tuor cola.

Fir quoque cum Cassia Senna duplici vel
triplice.